

oo

Tr

+



23.  
Moderante Divina Clementia,  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE  
**INGRATITVDINE**  
**LEGE NOTATA,**

Ex  
Decreto Magnifici Jctorum  
Ordinis,

*Celeberrimo in Noricorum  
Athenaeo*

**PRO LICENTIA,**  
Summos in Vtroque Jure Honores  
ac Privilegia Doctoralia  
obtinendi,

*Benevola Eruditorum censura*  
proponit atque submittit

*Ad Diem X. Junii, Anno MDCCI.*

**JOH. JODOCVS HEDER,**  
Norimberg.

---

Literis HENRICI MEYERI, Universitatis Typographi.

PER-ILLVSTRIS AC LIBERÆ  
SACRI ROMANI IMPERII  
REIPVBLICÆ NORIBERGENSIS  
MODERATORIBVS  
EMINENTISSIMIS,  
VIRIS  
GENEROSISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS,  
DOMINIS  
CONSVLIBVS  
ATQVE  
SENATORIBVS,  
PATRIÆ PATRIBVS  
OPTIMIS, MAXIMIS,  
DOMINIS SVIS AC MECOENATIBVS  
GRATIOSIS,  
SVB SINCERA  
APPRECAZIONE BENEDICTIONIS  
DIVINÆ, LONGÆVÆ VITÆ AC FORTVNATI  
REGIMINIS,  
PRÆSENTEM HANCCE DISSERTATIONEM  
INAUGVRALEM  
OBSEQVIOSISSIMA EA, QVA PAR EST MENTE,  
OFFERT ATQVE CONSECRAT  
SVBIECTISSIMVS CIVIS AC CLIENS

AVTOR.



A &amp; Ω

CVM DEO!

## PRÆFAMEN.



*C*eteras inter Virtutes, homini cujuscunque generis vel conditionis maxime convenientes, est Gratitude, quã beneficiarii non tantum sese beneficiis dignos fuisse, reapse ostendunt, sed & per eam tanquam beneficiorum calcar, ad bene sibi faciendum alios ulterius alliciunt atque invitant. Quo autem majori encomio mastrandanda foret hæc virtus; eo prolixiori detestatione nominanda venit è diametro Ingratitudo, hæc quasi turpissimum vitium, ac reliquorum vitiorum caput, canè & angue pejus est fugienda, quum nihil magis homini disconveniat, quàm ea; nam si quis dicit aliquem in gratum, idem est, ac si pessimum nomina verit, quo cum concordat tam locus D. Bernhardi dicentis: Ingratitudo est ventus urens, siccans fontem misericordiæ, rorem pietatis, & fru-

A 2

fru-

fructum gratiæ, quam didicerim Philip. Melancht. lib. 2. Epigramm. 61.

Sunt homines, humeris, quos si quis gestet ad Urbem  
Ausoniam, domiti quæ caput Orbis erat.  
Ni tamen ad portam placidè deponat eosdem  
Gratia præteriti nulla laboris erit,

*Hujus indecentiæ magnitudinem si Emblemate quodam mihi representare liceret, possem adsimulare pluviam è nube in Oceanum guttatim decedenti, Lemmate hoc adjecto: Sine terra non fructificat. Hinc etiam accidit, ut sæpius privationem amoris fa vorisque, amissionem jurium ac privilegiorum, ademptionem beneficiorum jamjam acceptorum, unico verbo! Odium universale operetur; quorum ingratorum hominum exiguus ut esset numerus, optandum quidem; sed nostris temporibus pro dolor! exclamandus est versus Horatii Lib. 1. Epist. 7.*

Hæc seges ingratos tulit & feret omnibus annis.

*Cui vitio Summi Legislatores nonnihil in una vel altera facti contingentia occurrere, idq; subinde animadvertere voluerunt, ceu multifaria juris loca satis aperte testantur. Quam Ingratitudinis Notationem ita peculiariter in Jurisprudencia sese exerentem, constitui separatim expendere, hæc in Dissertatione, quam, exantlatis more Majorum cum DEO Scrutaminibus consuetis, Inclutus Jctorum Ordo inauguraliter habendam benignissimè mihi indulpsit. DEVM Ter-Optimum Maximum ardentibus efflagito precibus, velit Divina sua Gratia conatibus hisce meis adesse, iisdemq; felicissimum eventum elargiri, atq; se mihi principium, medium & finem porro gratiosissimè exhibere. Faxit ILLE!*

CAPVT I.

✻ (o) ✻

CAPVT I.

Generalia nonnulla ad Enodationem Ingrati-  
tudinis lege notatæ, spectantia,  
præmittit.

S V M M A R I A.

§. I. *Indicat vocabuli Ingratitudinis originationem ac derivationem, ejusdemque duplicem acceptionem, §. II. verò explicat verba: Lege notata. §. III. & §. IV. Proponunt hujus rei Definitionem realem, variasque subjunctas Divisiones.*

§. I.

**M**ateriam præsentem explanaturus, possem equidem prolixius in Originationem & Derivationem Vocabulorum inquirere; sed quum in vulgus ferè sit notissimum, quod Ingratitudo sit vocula composita, à voce: *Gratitudo*, & adverbio: *Non*, quod melioris euphoniæ gratia in *IN* mutatum, ut *Ingratitudo*, audiat, vid. Voss. *de Vit. Lat. Lingu. l. 1. c. 16.* idè nolo huic vocum compositioni immorari diutius, sed digito saltem ostendere, quod similiter Homonymia istius voculæ nulla laboret difficultate, dum *Ingratitudo* vel philologicè, vel juridicè accipitur. *Philologicè*, cum quis de acceptis beneficiis partim nullas agit grates, nec memorem se istorum præstat, hûc spectat omninò illud Senecæ *Lib. 3. de beneficiis: Ingratus est, qui beneficium se accepisse negat, quod accepit: ingratus, qui non reddit, ingratusissimus qui obliviscitur.* Nec non Ausonii: in Epigram. 81.

*Gratia qua tarda est, ingrata est. Gratia namque,  
Cum fieri properat, gratia grata magis.*

Vel sic:

*Si bene quid facias, facias citò, nam citò factum  
Gratum erit, ingratum gratia nulla manet.*

aliudve quid facit, quo ipsis beneficium acceptum planè aufertur, quibus accinit Sueton. in Caligula; c. 38. *Testamenta principilarium*

rium, qui ab initio Principatus Tiberii neque illum, neque se heredem reliquissent ut ingrata rescidit. Quibus idem Suetonius in vita Neronis cap. 38. addi poterit. Confer. Arnold. Reyer. in *Thef. Jur.* verb. *Ingratitudo*. Juridicè verò, quando beneficiarius benefactori atrocem affert injuriam, sive verbis, sive factis, conf. *Nov. 115. c. 2. & 3. & Nov. 22. c. 47.* item *L. f. C. de Revoc. Donat.* qualis Ingratitudo est liberti, aliorumque in *l. 19. ff. de jur. Patron. l. 6. §. f. ff. de liber. agnosc. l. f. ff. de obseq. à liber. præstand.* quo ipso palàm est, Ingratitudinis vocabulum in sensu philologico strictiùs accipi, utut hiccè posterior significatus sit hujus loci.

§. II. Quod attinet ad voces: *Lege notata*, sanè vocula: *Legis*, etfi aliàs diversum intellectum sortiatur, testantibus *Rubr. ff. de Leg. Commiss. l. 22. ff. de Stat. hom. l. 10. C. de pact. l. 6. §. 1. ff. de Just. & Jur. L. f. C. quor. bonor. l. 21. ff. de LL. l. 3. l. 32. l. 37. ff. eod. §. 4. J. de J. N. G. C. l. 130. de V. S. & t. t. ff. & C. ad Leg. Jul. de Adulter. & c.* attamen impræsentiarum solummodo pro jure, præcepto, ac Superioris præscripto, *l. 2. §. 1. ff. de O. J. §. 10. Inst. de J. N. G. C. l. 1. ff. de LL. l. 2. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. de Just. & Jur.* venit. Vocabulum autem: *Notata*, derivari à noto, quod idem ac animadvertere, vel determinare aliquid, quatenus sit noscendum, certum evadit, dum noto frequentativum à nosco descendit: quamobrem legimus in textu *L. liber 31. §. 2. ff. de neg. gest. Ulpianus notat & in L. si qui 21. §. 2. ff. de act. ion. Empt. Marcellus notat l. 1. ff. de Offic. ejus, cui mand. jurisd. Paulus notat.* Hic autem idem sibi vult notare ac reprehendere; hinc Ulpian. in *L. metum autem præsentem. 9. §. fin. D. quod met. caus. non inmerito inquit: Julianus à Marcello notatus est*, unde quandoque pro infamiatione aliquali accipitur, ut notare idem sit ac infamare, infamiae notam incurrere, *t. t. D. de his, qui notat. infam. junct. §. 2. J. de pan. temer. litig.* quamvis notati *l. 2. C. de dignit. Lib. XII.* ab infamibus differant *l. 3. §. Lege 5. ff. de testib.* ita ut infamia ipso jure irrogetur, notatio autem aliquali ex facto turpi contrahatur, quor-



quorum & nostra Ingratitudo in juridico sensu collimat, quo verificetur istud Aufonii in Epigram. 132. *Ingrato homine terra nihil pejus creat*, & Cicer. ad Attic. lib. 8. *Ingratitudini nihil non mali inest.*

§. III. Absoluta aliquali verborum explicatione, progredior ad ingratitude notatæ definitionem realem: *Ingratitudo Lege notata est tale vitium, quo erga benefactorem quis sese ita injuriosum exhibet, ut propterea beneficii accepti indignus à Lege declaretur.* Quâ in Definitione Generis loco (1.) positum legitur *Vitium*, siquidem honestatem nihil magis lædit, quam ingratitude, arg. l. 15. ff. de condit. instit. facit etiam huc l. 25. §. 11. ff. de hered. petit. utpote quæ gratitudini è diametro opponitur, interque vitia virtutibus opponi solita, collocatur. (2.) Occurrunt in eadem similiter & hæc verba: *quo erga benefactorem*, quem repræsentant omnes isti, qui hac animi virtute pollent, ut operibus & consiliis suis alios juvent, suisque benefactis eisdem afficiant, actumque exteriorem charitatis, sive amicitia iis exhibeant. (3) Porro contextus Definitionis: *ita injuriosos*, innuit, quod quum hominibus juxta l. 3. ff. de just. & jur. conveniat, se invicem mutare beneficiis, per l. 7. in fin. ff. de serv. export. & l. 17. §. 3. ff. Commod. nullumque lædere §. 2. ff. de just. & Jur. l. 74. de R. J. eò inconvenientius beneficiario sit, suo benefactori non tantum honorem, reverentiam & pietatem denegare, sed & injuriis vel verbalibus, vel realibus afficere, conf. Joh. Reinh. Hedinger. Conspect. Natur. Jurisprud. tit. 22. §. 9. Denique (4.) verba: *ut propterea beneficii accepti indignus à lege declaretur*, denotant effectum singularem præsentis rei pertractandæ notationis, qui est revocatio & ademptio beneficii accepti, non quidem proprio ausu & ommissa actione suscipienda, sed instituta actione, cum singulis concedendum non sit, quod per Magistratum publicè fieri debet, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, ceu probè adnotat Paulus Jctus in l. 176. de R. J. add. l. 13. ff. quod met. caus. & l. 7. C. unde vi. siquidem hunc in finem vel actiones, vel implorationes, ac

reme-

remedia legalia extant præscripta, quorum in calce Disputationis hujus specialem pertractationem adjungere est animus.

§. IV. Definitionem excipit Divisio; scindi enim potest Ingratitudo Lege notata (1) in Ingratitudinem eam, quæ *verbis* est commissa, juxta *Nov. 115. c. 3. §. 2.* Si filius aut filia gravem & atrocem injuriam patri ingerit, aut si eos criminum insimulat *d. Nov. §. 3.* eorum, quæ non sunt adversus Principem, aut Rempublicam, arg. *l. 35. ff. de Relig. & sumpt. funer.* Itemque si donatarius contemtum similem in donatorem effuderit, *l. fin. C. de revoc. donat.* adde *l. 2. ff. de obseq. parent. & patron. præst.* Et quæ *factis* perpetrata, utpote, si liberi parentibus, donatarii donatoribus, aut liberti patronis manus impias intulerunt, *d. Nov. §. 1. junct. l. 1. §. 2. ff. de obseq. l. fin. & auth. quod mater. C. de revoc. donat. & Nov. 78. c. 2.* absque legitima causa, secus ob Reipublicæ aut proximi defensionem, arg. *d. l. 35. & l. Præses. 6. C. de servit. (2)* Alia quoq; est Ingratitudo quæ *in liberis & parentibus* juxta cit. *Nov. 115.* imò & *in fratribus ac sororibus* *Nov. 22. c. 47.* juxta *l. 27. C. de inoffic. testam.* notatur, alia verò in *Extraneis*, ut si donatarius ingratum erga donatorem se exhibeat. *L. f. C. de Rev. Don. & t. t. ff. & Cod. de his, quæ ut indign. aufer.* Similiter (3) dividi potest in *Expressam*, quæ in legibus expressim notata, in hac vel illa facti contingentia contingit, uti cernimus in causis exheredationum denominatis, *d. Nov. 115. c. 3.* & causis ob quas donatio revocatur, *l. fin. C. de rev. donat.* ut & illis, quibus liberi libertate sese reddunt indignos, *Nov. 78. c. 2. & t. t. ff. & C. de his quæ ut indign. aufer. junct. t. t. ff. & C. de obseq. parent. & patron. præst.* Et in *Comprehensivam*, quæ ob paritatem rationis & identitatem, vel similem & concurrentem majorem atrocitatem sub expressim notata latitat & bonâ interpretatione ibidem continetur, arg. *l. 12. 13. & 14. ff. de LL. de qua infra plura proponentur.* Conf. Huber. *in prælect. ad Instit. lib. 2. tit. de Exhered. liber. posit. 10.* Nec non Hopp. *in Comment. ad Inst. eod. tit. §. 5.* (4) In *Atroce*m, quæ honorem, famam & bona benefactorum tan-

tangit, vid. Nov. 115. c. 3. pr. & l. f. C. de revoc. donat. Et Atrocissimam, si quando benefactor ad eam vitam per beneficiarium privaretur, cujus singularem notationem proposuit Imperator in §. 5. Inst. de publ. judic. ibique Doctores. add. l. 1. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. l. 1. §. cognationem. ff. unde cognat. Anth. Matth. de crimin. lib. 48. tit. 6. de parricid. n. 2. & seqq. (5) In Ingratitudinem notatam præscriptam; sic elapsò annò donatio ob causas ingratitude non revocatur, §. 1. J. de perpet. & tempor. action. l. 5. C. de injur. ibid. Gloss. & ob imputatam Ingratitudinem ac testamento inofficioso coercitam, querela inofficiosi post quinquennium non amplius movetur, l. 34. C. de inoffic. testam. conf. l. 1. C. de inoffic. donat. & l. un. C. de inoffic. dor. Et in non præscriptam, quando in casu donationis ob ingratitude revocatoria actio inter annum movetur, vel querela inofficiosi ob imputatam ingratitude inter quinquennium instituitur. Item hùc spectat accusatio parricidii, de quib. vid. l. f. ff. ad Leg. Pomp. de parricid. conf. Berlich. p. 4. conclus. 7. n. 86. Dissentit Cujac. lib. 4. obs. 14. Nov. 115. c. 3. n. 14. Denique eaparter (6) dispescitur in eam, quam præcessit pœnitentia ante motam actionem ingrati, aut exheredationem in testamento factam; Et eam, quam nulla præcessit pœnitentia; Ibi enim peractâ pœnitentiâ, benefactor rursus reconciliatus videtur & non amplius beneficium revocare, nec filium exheredare potest, quoniam culpa remissa, culpa amplius non est, §. ult. J. de injur. facit l. 4. ff. de adm. legat. junct. l. f. C. de revoc. donat. Conf. Petr. Theodor. Colleg. Crim. cap. 20. n. 42. lit. G. Schneidew. ad pr. Inst. de exher. liber. n. 28. Hic verò pœnitentiâ omiſſa benefactor irreconciliatus relinquitur, eique jus revocandi donationem ac fulmen exheredationis illibatum remanet, conf. Majer. in comment. ad Instit. tit. de exhered. liber. §. fin. atq; Doctores ibidem cit. potissimum Dn. Stryck.

## B CAPVT II.

## CAPVT II.

*idq; Speciale.*De Ingratitudine lege notata circa statum  
hominum.

## SVMMARIA.

§. I. Exhibet ingratiudinem lege notatam quoad jus Personarum & quidem circa statum Libertatis occurrentem in libertis. §. II. eam sifit in patronis. §. III. applicat huius rei materiam ad homines proprios a dominis suis dimissos, & §. IV. ad ipsos Dominos seu Nobiles eandem extendit. §. V. vero repræsentat ingratum libertum in servitute revocatum. §. VI. monstrat ingratiudinis notationem circa statum Civitatis, speciatim in civibus crimen perdaellionis perpetrantibus. §. VII. & VIII. indicant ingratos clericos. §. IX. quid circa religionem semel professam, mutantes obtineat, ostendit. §. X. circa civis honorarios ingratos occupatus. §. XI. & XII. deducunt ingratiudinem circa statum Familia potissimum in liberis patria sub potestate adhuc viventibus & emancipatis. §. XIII. ostendit parentes ingratos. §. XIV. conjugum & §. XV. speciatim in aliquo casu matris, cæterorumq; cognatorum ingratiudinem intimat.

## §. I.

**P**Ræmissis iis, quæ quasi viam ad specialem pertractationem sternerent, hanc ipsam ingratiudinem in uno vel altero loco jurisprudentiæ speciatim occurrentem ostendere est animus, & quidem juxta seriem istam pertractandi, quam Imperator in Institutionum libello servavit, dum primo *jus personarum*, secundo verò *jus verum*, ac denique tertio loco *actiones* nobis sifit. Quod itaque ad *jus personarum* attinet, ex *statu* potissimum *libertatis* proficiscens, sciendum in hoc (1) se repræsentare ingratiudinem libertorum, quæ ita notata lege, ut ob hanc in pristinam servitute reduci possint, *l. ult. C. de libert. & illor. liber.* ad animadvertendam oblivionem inestimabilis beneficii, quo erant

LEGE NOTATA CIRCA JVS PERSONARVM. II

erant affecti, nempè libertatis, *l. 1. pr. ff. de jur. patron.* ut metu cœrceantur, quos beneficia non mutavissent, uti Tacitus *13. Annal. 26.* loquitur, quæ revocatio locum habebat, sive hi beneficiarii ingrati erant, aut in *omittendo*, dum vel secundum legem juris patronatus manumittenti reservati, per *Nov. 78. c. 2. & auth. sed hodie. C. de jur. aureor. annul.* patrono suo nec obsequium, honorem ac reverentiam debitam præstabant, *l. 19. ff. de Jur. Patron. l. 2. l. 4. & 5. C. de obseq. patron. præstand.* vel assurgendo, honorando ac cum bireto eum salutando, qualem reverentiam ad eò liberis atque uxori ejusdem quoque debent, per *l. 3. C. de libert. & eor. liber. l. 5. §. 20. ff. de agnosc. & alend. liber. l. 12. C. de oper. libert. l. ult. C. de obseq. patron. præstand.* nec operas possibiles & honestas in manumissione promissas exhibent, *l. 1. C. de oper. libert. l. 7. §. 3. ff. eod.* vid. Perez. *ad Cod. h. t. n. i. jung. l. 26. §. 12. ff. de condict. indeb.* sive eum, dum potest, non alunt, *l. 5. §. 20. & 18. ff. de agnosc. & alend. liber. arg. l. 2. C. eod.* aut corporis valetudine laborantem negligunt, *l. 6. §. 1. ff. ibid.* vel liberorum patroni tutelam administrare detrectant, *l. 19. ff. de jur. patron.* nec iis à prætore tutores petant, quibus in recensitis casibus omnibus periculo deserti obsequii subiciebantur, per *l. 2. C. qui petant tutor. vel curat. add. l. 2. §. 1. ff. eod. l. 19. ff. de jur. patron.* vel in *committendo*, præcipuè quando libertus manus impias eidem suo patrono inferebat, aut alias insidias ipsi struebat, *Nov. 78. c. 2.* sive ex jactantia aliquali, vel contumacia cervicem adversus eundem erigebat, *l. 2. C. de libert. & eor. liber.* seu juramentum calumniæ ab ipso postulabat, *l. 7. §. 3. ff. de obseq. parent. & patron. præst.* & sine venia illum, ejusdemque consanguineos obrorto collo ac injuriosè in jus vocabat, *l. 4. §. 1. & 2. ff. de injus voc.* de quo vid. Dn. Struy. *in. S. J. C. Exerc. 5. th. 3.* quod hodiè fecus, monente Dn. Stryk. *in annot. ad Compend. Jur. Lauterbach. h. t. voce: non extendere.* sive famosam ac turpem actionem, vel exceptionem adversus patronum movebat, *l. 2. l. 5. in f. l. 7. ff. de obseq. par. & patron. præstand. l. 1. l. 5. in f. C. eod.* conf. B. Brunnemann. *ad h. l.* licet mediatè

& per procuratorem, l. 2. ff. *ibid.* ac contra vocatos atrocitate verborum haud abſtinebat, l. 4. C. *eod.* *ibid.* Perez. n. 4. add. l. 1. ff. *de his, qua ut indign. aufer.* item fraudulenter tutelam filiorum & nepotum patroni gerebat, §. 11. *J. de suspect. tutor.* Quæ revocatio regulariter fiebat à patronis ipsis, minimè verò ab illorum liberis, l. 12. C. *de oper. libert.* nec ab illis, qui servos ex fideicommissio liberos esse iusserunt, l. 1. C. *de libert. & illor. liber.* Formulam hujus revocationis vid. ap. Sueton. in Vita Claud. c. 25. Patroni tamen communiter utebantur hisce verbis: *Superſedeo te habere civem tanti muneris impium aſtimatorem, nec adduci poſſum, ut credam urbi utilem, quem domi ſceleſtum cerno. Abi igitur & eſto ſervus, quoniam liber eſſe neſciviſti.* jung. omninò Jacob. Rævardi *opua conſectan. lib. 1. c. 11. de ingrat. liber.*

§. II. Sicuti ſecundum præcedentem §. ob ingratitudinem liberti libertate privantur, ita quoque dominis per indirectum ut ingratuſ ſimiliter dominium in ſervos adimitur, potius enim ſi in illos nimium tyrannicè ſæviebant, dum compellebantur eos vendere, uti hoc ſcimus ex §. *ult. J. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt.* Add. *ibidem* Hopp. Huber. aut ſi eos periclitantes eiciebant & derelinquebant, quæ privatio ſe ſimul ad juſ patronatûs extendebat, L. *un. §. 3. C. de latin. liber. tollend.* & L. 2. ff. *qui ſine man. ad libert. pervener.* prout dominio ſuo dominio ut ingratuſ cadebat, ita quoque patronuſ ſuo juſe patronatûs, quo gaudebat in libertos, dum inopi liberto alimenta negabat, L. 5. *in fin. ff. de jur. patron.* item cum ab eodem illicitum juſjurandum exigebat, ne uxorem duceret, vel à liberta, ne nuberet, L. 5. ff. *eod. tit.* L. 24. ff. *de libert.* Zoef. *ad tit. de jur. patron. n. 4.*

§. III. Quanquam jura ſupra adducta parvum habere uſum, ob ſervos inter Chriſtianos ferè deficientes, videantur, ſiquidem orbis Chriſtianuſ propter fidem Chriſtianam, quam omnes in unam profitemur, una quaſi Civitas exiſtit & Reſpublica, *ſan. ad menſam. cauſ. 11. quaſt. 3.* Joh. Herman. Stamm. *de ſerviſ. perſon.*

*perfon. lib. 1. tit. 1. cap. 2. n. 1. & lib. 3. c. 17. n. 1. ibidem citat. Gail. de pignor. obf. 8. n. 2. &c.* attamen ea partim ad captos infideles, in quibus jura fervitutis adhuc cernimus vigere, partim verò ad homines proprios, germ. *Leibeigene* / Saxonibus dicti *die Laffen* / etfi liberi homines funt, testante Stamm. *Lib. 1. cap. 2. n. 2. junct. Mev. part. 3. dec. 8.* applicari posse, vix est ambigendum, cum multa vestigia pristinæ fervitutis adhuc in iis conspiciantur, alleg. Stamm. *lib. 3. c. 2. n. 3.* nam quoad operas & bona dominorum fervi funt, ab his alienari & judiciis petitoriis & possessoriis instar glebæ adscriptorum peti, apprehendi, castigari & manumitti aliquando pecuniâ datâ possunt, Struv. *S. J. C. Ex. 3. th. 23. Mev. part. 3. dec. 8. Idem part. 1. dec. 69. n. 1. & part. 8. dec. 224. n. 1.* quæ dimissio accidit per affranchamenta, seu Instrumentum manumissionis, quod dicitur ein *Schleichbrieff* / Struv. *sub tit. ff. de collusion. detegend. per tot.* hi semel dimissi, postmodum verò ingrati existentes, vel in omittendo, vel in faciendo, ceu probè distinguit cit. Stamm. *lib. 3. cap. 18. 19. 20. & seqq.* hanc ob suam ingratitudinem instar libertorum, in potestatem dominorum reduci posse certum est, quoniam hi dominis, veluti patronis, reverentiam, honorem & obsequium debent, de quo vid. Frider. Hufan. *de homin. propr. c. 5. n. 19.* add. Oldendorp. *Clas. 3. act. 9. §. 5.* & sicuti patroni liberto; ita homini proprio persona domini debet esse sancta & honesta, Stamm. *loc. alleg.* huc faciunt omninò ea, quæ adducit. D. Praun. *In Adel. Europa cap. 8. §. 616. p. m. 490.* Von sechsten Heerschiedt nemlich von den Dienstleuthen &c. Darum sagt das Land-Recht weiter: Hat oder läst ein Herr seinen eigenen Mann frey / und er will ihm darnach nicht ehren / daß er gegen ihm auffstehe / und den Hut abziehe / so mag er ihm mit Recht wieder fordern / das ist / zu einen Leibeigenen machen / libertus enim patrono obsequantiam debebat apud Romanos, von welchen es die alten Teutschen müssen genommen haben.

§. IV. Et si rustici sunt liberi homines, nihilominus tamen moribus invaluit, ut in signum subjectionis & protectionis susceptæ

ſceptæ, Nobilibus, aliisque teneantur operas diverſi generis præſtare, de quibus Struv. *Ex. 3. th. 24.* quod ſi tamen hi inſolitas ac novas operas ſubditis ruſticis injungere cupiunt, ita ut ſe, ſuosque alendi facultatem non habeant, contra text. *l. eum patro- num. 22. §. ſ. ff. de oper. libert.* eosque incarceratione ad illas cogere contra *l. 1. C. de cuſtod. reor.* ſtudent utique etiam ſuo privatur jure, arg. *§. ult. J. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt. L. 1. §. 2. l. 2. §. dominorum. ff. eod. conf. Gail. 1. de P. P. c. 2. n. 18. & ſeqq. Johan. Herman. Stamm. d. tr. lib. 3. c. 34. n. 1. Sinolt. Schuz. de Rep. Rom. Germ. Ex. 6. th. 30. lit. B.* quaſi in ſpeciem cujuſdam ingratitude, quæ partim erga legem Reipublicæ, cujuſ multum intereſt, ne ſua quis malè utatur, *§. 2. J. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt.* concedentem hanc facultatem, haſ operas exigendi, partim erga ſubditos ipſos, qui non deterioris, ſed melioris conditionis fervis Romanis eſſe debent, conſideratur, conf. Stamm. *d. t. l. 3. c. 35. n. 4.* adeò, ut ſimiliter aliqualiſ reſpectus reciprocuſ hîc inveniatur, quorſum iſtud ſpectat: *Getreuer Herr / getreuer Untertan.* Hinc laudabile Curia Pariſienſis protulit Ediſtum: *Le Seigneur qui abuſe de ſa juſtice, en doit être privé.* Abutens imperio eodem privator, arg. *l. 1. C. de emendat. ſerv. Auth. ſtatuumus C. de epiſcop. & cler. Carpz. lib. 1. reſp. 53. n. 11. Stamm. l. c. n. 2. add. Frider. Huſan. de hom. propr. c. 8. n. 24. & ſeqq. Philipp. Knipſchild. de jur. ac privileg. civ. imp. l. 6. c. 4. n. 16. 22. 23. Richter. dec. 98. num. 14. Philipp. uſu. præct. lib. 1. eclog. 43 n. 8. & 9.* ut in praxi admonitio & poenæ privativæ comminatio præcedere debeat, Stamm. *l. 3. c. 36. per tot. add. Andr. Gail. lib. 1. obſ. 17. n. 4.*

§. V. Quemadmodum inter reliqua beneficia non minimum eſt iſtud, quod Natura alicui præſtitit, vel Lex, dum illa aliquem liberum procreavit, hæc verò talem effecit, per *l. 106. 176. §. 1. & l. 122. ff. de R. I. l. 9. §. 2. ff. de ſtat. lib.* ita ut ingratus tam in Naturam, quam in Legem non immeritò noceatur, qui tantum beneficium floccipendit, ac major viginti annis ſe venundari patitur, *§. 4. J. de jur. perſon. l. 5. §. 1. ff. de ſtat. hom. l. 9. §. 4. ff. de minor. l. 6.*

§. 5.



§. 5. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testam. ex cupiditate hac, ut partem pretii acciperet, l. 1. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. junct. §. 4. 7. de jur. person. Nov. Leon. 59. hic ergo tale beneficium haud merens, eodem justè privatur, atque in Servitutem deducitur, l. 4. in fin. ff. quib. ad libert. proclam. non lic. jung. Johan. Borcholt. in comm. ad Inst. tit. de jur. person. Anton. Faber. lib. 3. pr. 2. Ill. 1. & pr. 2. Ill. 3. Vult. ad d. §. 4. de jur. person. & post Bachov. Treutler. Frantzk. Struv. Majer. in Comm. ad Inst. eod. loc.

§. VI. Circa Statum Civitatis Ingratitudinis notatio singularitè reperitur in civibus crimen perduellionis perpetrantibus, qui sanè ingrati, imò ingrattissimi appellandi, dum oblitii sunt, sese unquam Principi homagium, fidelitatem ac obedientiam promississe, affecti ab eodem securitatis, protectionis ac clientelæ beneficio, proindè ex merito suo exorbitanter & singularitè in tales impostores animadvertit l. 5. C. ad L. Jul. Majestat. dum non tantum ipsi ultimo supplicio afficiuntur, sed etiam eorum memoria damnatur, bona fisco vindicantur & filii infamati intestabiles redduntur ac in exilium mittuntur, exceptis filiabus, cum quibus mitius nonnihil proceditur. conf. de hujus admissi exorbitantia Rhet. in comment. ad Inst. th. 12. & speciatim 15. Add. l. 35. ff. de relig. & sumpt. funer. l. 2. & 3. C. ad L. Jul. Majest. l. 5. §. penult. C. eod. & §. 6. cit. leg. item l. 12. C. de fals. cujus admissi nemo capax, nisi simul sit subditus propter relationem, quæ inter subditos & Majestatem intercedit; cum extraneo itaque, etsi pariter de externa Majestate reverenter sentire debeat, mitius agendum; unde est, quod nec vasallus id committat, Clem. Pastoralis §. rursus, de sentent. & re jud. nisi simul sit subditus, conf. Rhet. cit. loc. th. 14. & Ant. Matth. de crimin. l. 48. tit. 1. c. 2. n. 7. Huber. Majer. & Hopp. in comment. ad Inst. §. 4. de public. judic. quemadmodum testantur Gail. l. 2. de Pao. Publ. cap. 13. n. 19. ut & cit. Majer. ibid. allegati Dd. Ant. Matth. l. 6. n. 9. Add. Petr. Theodor. in colleg. crim. cap. 5. aphor. 5. n. 1. De jure Romano hoc delictum exorbitans saltè contra Imperatorem & de

& de Jure Aureæ Bullæ, per *art. 24.* contra Electores: hodiè verò ob jus territoriale Statibus & reliquis Principibus Imperii indultum, *f. gaudeant. art. 8.* Instrum. Pac. Osnabr. & in Capitul. Leopold. *f. 5. & 7. circ. medium*, nec non Josephiana confirmatum, non minus contra dictos Status Imperii committitur, ac contra Imperatorem, pœnaque *l. 5. C. ad L. Jul. Maj.* sibi locum vindicat, utut cum hoc discrimine, quod tantum bona in eorum territorio sita, confiscationi subjeant, non etiam alibi sita.

§. VII. In Hierarchia Ecclesiastica similiter circa Cives Ecclesiasticos conspicimus quædam ingratitude singulariter notatæ vestigia, ita ut actualiter & solenniter clerici degradentur, tanquam ingrati in Ecclesiam, unde beneficia sua acceperunt, quæ degradatio fit non solum per privationem privilegiorum, sed & per externam detractionem insignium ac vestium clericalium, vid. *Canif. in summa jur. canon. lib. 3. tit. 22. f. 7.* Conf. *Tusch. pract. conclus. lit. D. conclus. 139. n. 3.* Carpz. *Jurispr. Eccles. lib. 3. dec. 109. n. 17. & seqq.* Joh. Zanger, *cap. 1. part. 2. n. 229.* potissimum locum habet hæc notatio propter hæresin, *cap. ad abolendam. & c. 15. extr. de hæret.* propter crimen falsificationis literarum Apostolicarum *cap. ad falsariorum. extr. de crim. fals. conf. Loes. ad h. t. ff. n. 4. & propter delictum in Episcopum admissum, c. 7. & de crim. fals. & c. 10. & de judic. c. si quis sacerdotum. 11. qu. 1. conf. Stamm. de homin. propr. lib. 3. cap. 36. n. 10. Gail. lib. 1. de P. P. cap. 1. n. 27.* quanquam talis solennis degradationis actus in Ecclesiis Protestantium ob ritus requisitos, sumptusq; erogandos rarissime peragatur, testante Dn. Lynck. *in tr. de jur. episc. cap. 13. n. 32.* *Canif. in summa. lib. 3. tit. 22.* Conf. Petr. Theodor. *Dissert. crimin. diss. 14. de degradation. & suspens. laicor. & cleric. th. pen. & ult.*

§. VIII. Similiter non tantum eorum ingratitude singulariter notatur, qui parentem suum spiritualement percipiunt, dum ipso jure excommunicantur, per *can. si quis suadente diabolo. 29. caus. 17. qu. 4.* sed & istorum, qui ita ingrati erga DEUM & Ecclesiam existunt,

LEGE NOTATA CIRCA IVS PERSONARVM. 17

ut pro incorrigibilibus habeantur, *ix. cap. cum non ab homine. 10. §. de iudic. cap. felix. §. de pæn. in 6to. cap. novimus. 27. §. fin. extr. de V. S. cap. tua discretioni. 6. extr. de pæn.* hi anathematizantur, h. e. à corpore fidelium, tanquam membra planè inutilia, avelluntur ac rescinduntur, vid. B. Dn. Lynck. *ad decret. de sent. excommunic. §. 6. & Engel. ibid. n. 28.* prouti anathematis fulgur ab excoimunicatione majori variis ceremoniis differat, vid. *can. debet. 106. caus. 11. qu. 3. Dn. Lynck. loc. cit.*

§. IX. Porrò clerici religionem mutantes, sive sint Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, vel alia ecclesiastica dignitate muniti, vi Pacificationis Religiosæ, *de A. 1555. §. Und nachdem. 18.* quasi in speciem ingratitude aduersus Ecclesiam, emigrare tenentur, omniaque beneficia, quæ habuere ecclesiastica, perdunt, salva tamen ubique & illibata eorum existimatione, quod non solum pene Catholicos, verum etiam Protestantium Status Ecclesiasticos, religionem alienam profitentes, observatur, secundum *art. Instrum. Pac. Westphal. §. 3. vers. si igitur Catholicus.* Confer. *Blum. Proc. Camer. tit. 28. de pac. religios. §. 26.* Exempla videantur apud Ludov. Authæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 5. §. 4. n. 2.* in Hermanno & Gebhardo Truceffio, Archiepiscopis Coloniensibus. Imò & cives seculares religioni in loco non receptæ, sese addicentes, iura civitatis pariter, ut ingrati erga coetum, quem ipsi antea sequebantur, emigrare intra certum temporis spatium, salvis tamen bonis ac testimoniis, si quæ desiderant, tenentur, cit. *Blum. §. 43.*

§. X. Quod reliquos cives honoratiores, sive in officiis honorum constitutos, sive non honoratiores attinet, sive ii sint milites, vel Palatini & Aulici, aut in officiis civilibus propriè ita dictis, constituti, si se ingratos, tam contra suos Præpositos, quam contra suum Ordinem, cui subsunt, quovis modo exhibent, eosdem suspensione, depositione, ac quandoque degradatione puniri, eorumq; ingratitude ita singulariter notari solere, est extra omne dubium, ceu Doctores hinc inde adnotaverunt, *Gail. lib. 1. de P. P. cap. 1. n. 24. l. pen. C. de palat. sacr. largit. lib. II. l. 6. §. 1. ff. de*

de re milit. l. 3. C. de offic. mag. milit. l. 1. C. de privileg. scholar. conf. Joachim. Burger. observ. milit. obs. 87. cent. 2. & obs. 74. cent. 5. Damhoud. prax. crim. c. 129. n. 1. & 2. Clar. & Petr. Gregor. syntagm. jur. univers. l. 35. c. 1. n. 10. Joh. Barclai. in vindic. pro regib. advers. R. Bellarmin. n. 35. §. 3. Reyher. thes. jur. voc. Doctor. n. 24. Mev. ad jus lubecens. lib. 1. tit. 2. ad rubr. speciatim Advocati ut ingrati, interdictione aut suspensione advocatiæ, vel in perpetuum, vel ad tempus coercentur, l. 3. C. de advoc. divers. judic. quando vel contra Republicam, cui juramento obstricti, causas defensitant, sive injuriis aliisque litigiis in eandem præstant, l. 1. C. de advoc. fisc. can. nulli. §. caus. 3. qu. 1. can. si qui. 1. caus. qu. 7. can. si Imper. 11. dist. 69. l. 9. §. 5. ff. de offic. procons. l. 1. §. 4. ff. de postul. secus est si venia impetrata id faciunt, conf. Ayrel. histor. process. p. 1. c. 5. obs. 1. per tot. Petr. Müller. ad Struv. Ex. 7. th. 14.

§. XI. In Statu familiae peculiariter notata spectatur Ingratitudo præterea personas liberorum & parentum, sicuti enim hos parentes alere tenentur, l. 5. §. 7. ff. de agnos. & alend. liber. Nov. 89. cap. 10. & 12. l. 5. §. 1. & 2. ff. d. t. de agnos. & alend. liber. vid. Dn. Thomaf. Inst. jurispr. divin. l. 3. c. 4. §. 35. & seqq. etiam incestuosos, juxta multos Doctores ad cap. 5. in f. extr. de eo quæ dux. in matrim. Struv. ex. 30. th. 78. ibique Petr. Müller. in annot. Wessnb. th. 16. immò etiam conjugatos, ob l. 20. §. 2. ff. fam. hercis. & l. 20. C. de jur. dot. ita, ut compelli possint, l. 5. §. 10. & l. 4. ff. de agnos. & alend. liber. ob rationem l. fin. §. 5. C. de bon. qua liber. conf. Petr. Müller. loc. cit. modo ipsi generantes non egeant, l. 5. §. 25. & fin. ff. de agn. & alend. lib. & vice versa liberi ex natura correlativorum, quorum eadem ratio, sive ex reciproca pietate parentibus his eandem alimoniam ut subministrant, adstringuntur, l. 5. pr. §. 1. & 17. d. t. l. 2. C. de alend. liber. ibidem Perez. n. 7. l. 5. C. de patr. potest. & Nov. 117. c. 17. ob rationem l. 5. §. 13. ff. d. t. de agn. & alend. addat Petr. Müller. d. ex. th. 78. lit. A. & B. Dn. Stryk. tr. de action. forens. invest. sect. 1. membr. 2. §. 12. licet ipsi parentes bona sua dilapident, aut prodigi, relegati,

gati vel deportati existant, quibus hodiè æquiparantur banniti, vid. Gail. l. 2. de P. P. c. 1. n. 17. & 29. aut ob hæresin excommunicati &c. legib. cit. Vid. Dn. Müller. ex. 30. th. 78. lit. B. etsi enim legum contemptores & impii, atamen parentes sunt, Nov. 12. c. 2. l. 73. §. 1. ff. de jur. dot. ita etiam tam parentes, quam liberi ob Ingratitudinem, quæ debitum naturæ tollit, Nov. 22. c. 26. sese indignos reddere valent, ut tali beneficio alendi haud injustè priventur, l. 5. §. 11. ff. de agnos. & alend. liber. Confer. Bœcler. diff. de action. ingrat. sub Comment. Grotian. §. de ingrat. erga Parentes liberis &c.

§. XII. Similiter liberi, oneri patriæ potestatis per emancipationem subtrahiti, ob ingratitude in emancipantes commissam, emancipatione rescissa, damno libertatis emeritæ multentur, per l. unic. C. de ingrat. liber. quæ ingratitude species consistit partim in atroci convitio, partim vero in injuria reali seu manu illata, l. 1. §. 2. ff. de obseq. par. præst. Donell. lib. 2. cap. 24. addat. Perez. item Brunne mann. ad Cod. h. t. Conf. Petr. Theodor. de crimin. cap. 2. aphor. 19. n. 8. hæc patria potestas reversa revocatis non favorabilis erat, nec ad fuitatem conducebat liberis, sed potius odiosa, ut revocati rursus patribus acquirerent, §. 1. J. per qu. person. cuiq. acquir. ipsique testandi facultate destituerent, pr. J. quib. non est permiss. fac. testam. l. 19. ff. eod. patribusq; potissimum secundum pristinos mores liceret liberos reversos eisdem impias manus inferentes, impunè occidere, juxta annot. Gothoff. ad d. l. unic. & Nov. Leon. 25. quam potestatem vitæ & necis in filios olim competentem Enenckel. de priv. parent. & lib. priv. 1. c. 1. solide demonstrat ad eundem ferè modum, quo olim Civibus Norimberg. ex Ludovici Regis A. 1320. dato privilegio permissum à nonnullis circumfertur, quod filios immorigeros carcere punire, & planè incorrigibiles defluentem in annam conjicere potuerint, ceu in medium adducunt Sprenger. in delineat. Stat. Imp. fol. 446. de quo confer. Speidel. in spec. histor. polit. jurid. voce Nürnberg. Limn. de J. P. lib. 7. c. 35. n. 51. Knipschild. de jur. &

*priv. civ. imp. lib. 3. c. 38. n. 54.* Sed verò hi Dd. eo ipso produnt semet privilegium illud haud vidisse, utpote quod in aliis plane terminis loquitur, & tantum Senatui Illustri Patriæ concessum conspicitur, prout hoc non tantum *Generos. ac Magnif. Dn. PROCANCELL. quem Deus quam diutissime publico conseruet!* monuit, sed & Extractum istius Privilegii communicavit, sequentis tenoris: Wir haben In auch sunderlichen die Gnad getan/ und das Recht geben von Unsern Kuntiglichen Gewalt/ daß die vorge- nante Unser Burger des Raths vnd die Schöpffen zu Nürnberg vollen gewalt haben/einem iglichen Burger oder sein lunde/oder seinen freunde/ oder seine Knechte/ daß si erfahren vnd endelich ynnen werden/ daß er so gar vngeraten sey/ daß sie das düncket/ daß Er von seiner vn- geratenheit besser tot sey den lebendig/ daß sie den der in der Stat und in dem Gerichte zu Nürnberg gefessen ist/ wohl vrteylen mügen in ein turn zupüssen/ darnach als Er verwürct/ oder in einem sackh stofs sen vnd in dem Wasser zu tode extrencken. Und des zu einen wa- ren vrlunde/ geben 26. 1320. an sanct Pauls abent/ als Er bekert ward 26. qui rigorosus vetus mos corrigendi hodiè merito negle- ctus ob l. 5. ff. ad L. Pomp. de parricid. quum sola modica casti- gatio l. un. C. de emendat. propinq. ibidem Brunnemann. obti- neat, conf. Hopp. in Commentar. ad Inst. §. 2. de patr. potest. li- beri autem adhuc in Sacris paternis constituti, istis haud di- gnos se reddunt, ob idem ingratitudinis vitium, ita, ut tam jure suitatis, quam aliorum commodorum, alimentationis, dotatio- nis, ac quorum alias tales liberi sunt participes, ex merito qua- si suo exuantur, arg. Nov. 12. c. 2. Dn. Stryck. de S. A. J. diss. 1. c. 1. th. 10. conf. Dn. Menck. in tabb. ff. tit. de agnosc. & alend. liber. & quidem ob quas causas isti possunt justè ac legaliter exhæredari, de quibus Nov. 115. c. 3. ex iisdem possunt quoque beneficio pa- triæ potestatis, ut ingrati, privari, l. 5. §. 11. ff. d. t. ibid. Gothofr. conf. Perez. ad tit. C. de alend. liber. n. 7. Hopp. ad §. ult. inst. quib. mod. patr. potest. solv. addat. l. 132. ff. de V. O. §. 3. F. de adoption. Pet. Müller. ad Struv. ex. 30. th. 76. lit. e. Stryck. de A. F. J. sect. 1. membr. 2.

§. 16. quæ ejectionis est patria potestate tamen ejectionis liberis quidem, sed non parentibus damnosa evadit, siquidem hi usumfructum, aliaque commoda retinent, arg. l. 6. C. de LL. sic liberi consensum parentum in celebrandis nuptiis, negligentes, quasi ingrati notantur, juxta §. 11. *inst. de nupt.* quorum notationem singularem etiam invenimus in *Reform. Noric. tit. 28. l. 9. in verbis*: Die Kinder / die noch in Gewalt und Fürscheidung ihrer Eltern stehen / sollen sich ohn oder wieder derselben ihrer Eltern Willen nit verheuraten / nemlich der Sohn seines Alters unter fünff und zwanzig / und die Tochter unter zwey und zwanzig Jahren / und so sie das überführen / seyn die Eltern in ihren Leben / ihnen einig Heurathgut / Ausfertigung / oder Wiederlegung zu geben / noch in ihren letzten Willen / ein mehrers / dann die Legitima zuverschaffen / nit schuldig.

§. XIII. Non minus patres, ut ingrati, ita declarari valent, quo amittant patriam potestatem, unave cum ipsâ honorem, reverentiam & obsequium, ad quod istis usque ad ultimum vitæ habitum liberi tenentur, juxta *tot. tit. ff. & C. de obseq. parent. & patr. prest.* item usumfructum in bonis maternis & aliunde sub nomine adventitio, quæsitis, §. 1. *J. per quas person. cuiq. acquir. l. 6. pr. C. de bon. qua. liber. l. 1. 4. & 5. C. cod. Hopp. ad d. §. in usu moder. no.* potissimum in casu, si (1) liberos infantes exponant, ægrotos derelinquant, l. 2. *C. de infant. expos. Perez. n. 1.* quia suos dicere non possunt, quos pereuntes contemnunt, d. l. 2. *addat. l. unic. §. 3. C. de latin. libert. tollend.* (2) quando secundas incestas nuptias contrahunt, *Nov. 12. c. 2. & auth. incestas.* in verbis: *liberis hoc ipso sui juris effectis. C. de incest. nupt. Perez. ibid.* Ant. Pichard. *ad §. ult. Inst. quib. mod. patr. potest. solv. n. 4.* utur hoc casu patri egestate laboranti necessaria præstanda sint alimenta, *d. auth.* nam licet legum contemptores, atramen patres perhibentur esse in *Nov. 12. c. 2.* Confer Scharschmid. *in ex. Novell. ex. 4. th. 40.* (3) cum filiabus necessitatem peccandi exercendo lenocinium imponunt, l. 12. *C. de episcop. audient. l. penult. C. de spectac.* utroque loco vid. *Perez. n. 7. addat. Nov. 14. & Ord. crim. Carol. V. art. 122.* aut (4)

nimiam sævitiã in liberos fovent, quo casu mutuum amorem liberorum haud promereri reputantur, *l. fin. ff. si à parent. quis manumiss.* Conf. Hopp. *ad §. ult. §. quib. mod. patr. pot. solv.* vel deniq; pecuniam (§) accipiunt, ut liberos emancipent, sed postea nihilominus tergiversentur, *l. 2. §. 3. & 4. ff. d. t.* vid. Huber. *in prælect. ad Inst. eod. tit. n. 7.* atque Vinn.

**XIV.** Secundò in statu familiæ notatio ingratitude obvenit circa conjuges adulterantes & sese malitiosè deserentes, vel aliã ratione consortio conjugali indignos sese reddentes, dum nimium fidem semel sanctèque datam frangunt, mutui adjutorii ac beneficii dotis & sponsalitiæ largitatis, aliarumque donationum propter nuptias obliviscuntur, ideoque ob istas causas hisce præstationibus privantur, *l. f. C. de repud.* Speciatim ob adulterium mulieris id provisum in *Nov. 117. c. 8. l. 11. §. 3. ff. ad Leg. Jul. de adult.* nisi vel maritus ejusdem delicti reus sit, *l. 39. sol. matr.* vel dos sit profectitia & pater vivus habet filiam in potestate, *Nov. 22. c. 19.* ob delictum mariti autem idem ferè dispositum legitimum in *l. 8. §. 4. C. de repud. & divort. Nov. 134. c. 10.* quoad malitiosam deserionem vid. Dn. Harpprecht. *conf. tubing. conf. ult. n. 28. & seqq.* Addatur post Coler. Vincent. Hahn. Berlich. Carpzov. Petr. Müller *in annot. ad Struv. ex. 30. th. 57. lit. γ.* quamvis maritus hanc dotem uxoris haud lucretur, si ipse redditur indignus, quando propriã authoritate sibi ipsi jus dicit, *l. un. §. taceat. §. C. de R. V. A. l. 24. C. de jur. dot.* quod verum est, tamen si pactum de lucranda dote nullum intervenerit, *Nov. 117. c. 8. pr. & §. 2. arg. l. 32. in f. C. de appellat. l. 27. C. de testam. l. 3. C. de silentiar. lib. XII. confer. Anth. Matth. de crimin. lib. 48. tit. 3. c. 3. n. 1.* Berlich. *p. 4. conclus. 29. n. 20.* præter dotem uxor quoque amittit dotalitium, *cap. 4. extr. de donat. int. vir. & uxor. ibid. Henric. Canif. Berlich. p. 4. conclus. 28. n. 19.* modo maritus causam adulterii non præbuerit, utpote per lenocinium uxorem prostituendo, *l. 47. ff. sol. matr. cap. 6. extr. de eo, qui cognov. consanguin.* mulier tamen ob adulterium



rium commissum paraphernalia bona non simul amittit, cum lex tantum dotis amissionem induxerit, quæ quia poenalis non extendenda, *cap. odia, de R. J. in 6to. cap. 4. & de don. inter. V. & U. ibidem Panormitan. confer. Perez. ad Cod. tit. sol. matrim. n. 18. excepta eorundem tanta parte, quanta sit tertia dotis, l. 11. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult. l. 47. ff. sol. matrim. Nov. 117. c. 8. Perez. cit. loc. n. 19.* Denique quærendum venit: An mulier mortuo marito se prostituens ac impudicè vivens, ut ingrata dote privari queat? Hic distinguendum puto, utrum intra tempora luctûs, an post luctum talem reprobata degat vitam, hoc casu nullam committit ingratitude, quia dici non potest peccare in maritum, quem lugere amplius haud tenetur, Duaren. ad l. 2. ff. solut. matrim. Illo vero in casu, si vidua lugens defuncti memoriam stupro violat, vid. Nov. 39. amissione dotis, lucrorumque nuptialium coercetur, Perez. cit. tit. n. 20. & seqq. Addat. Reform. Noric. tit. 28. leg. 10. Und ob gleichzc. in verbis. Wann es aber darüber geschehe / so soll das Weib alles das / so ihr sonst von des verstorbenen Mannes Haab und Gütern gebühret hat / verwirckt haben / und das Eigenthumb mit samt der Nutzung solcher Güter / den Kindern / so sie mit dem verstorbenen ihren Ehemann erzeuget / oder so die nicht verhanden / den nechsten Fremden des verstorbenen Ehegenossen folgen und bleiben / &c. Quid in casu existentis lævitia, aliarumque causarum, ob quas matrimonium particulariter quoad thorum & mensam dissolvitur, circa dotis retentionem, amissionem ac repetitionem sit juris, fusè & ex professo tradit Dn. Harpprecht. *conf. cit. n. 162. usq. 166. & n. 195.* ad quem Dn. Lectorem remitto.

§. XV. Tertio quoad jus personarum ob aliqualem ingratitude in pupillos commissam, dum iisdem de tutoribus confestim non prospiciunt, mulctantur amissione successionis ab intestato mater & avia, l. 2. §. 43. ff. ad Scrum Tertyll. l. 3. C. eod. l. 2. §. 1. ff. qui petant tutor. & curator. proximi, cognati, l. 20. C. de legit. tut. alii que talem successionem sperantes. Vid. Perr. Müller

Müller. in not. ad Struv. S. J. C. ex. 31. th. 32. & seqq. Zoel. ad tit. ff. qui pet. tutor. ac curator. per tot.

## CAPVT III.

De Ingratitudine lege notata circa jus  
Rerum.

## S V M M A R I A.

§. I. Declarat ingratitude[m] lege notatam quoad Jus Rerum, speciatim in vasallo ac domino feudi, quam in §. II. excipit privatio feudi per sententiam condemnatoriam, §. III. ostendit an & quatenus emphyteuticarius ut, ingratus, notetur? §. IV. tradit ingratitude[m] quoad jus hereditarium, ac recenset iustas exheredationis causas quoad liberos ingratos, nec alias in Nov. 115. non expressas excludit. §. V. parentes ac fratres quandoq[ue], ingratitude[m] notari innuit. §. VI. & §. VII. docent legatarios & omnes illos, qui testamenta amove[n]t, celant vel comburunt, ut ingratos coerceri. §. VIII. eos, qui testatoris necem non ulciscuntur, aut occasionem mortis prebent, ingratos declarat. §. IX. exponit ingratitude[m] circa donatarios, cujus recensitas in L. f. C. de rev. donat. causas juxta §. X. adaugent alie quoq[ue]. §. XI. superaddit ingratitude[m] blasphemantium ac nonnullorum delinquentium.

## §. I.

**V**estigia ingratitude[m] lege notatæ in jure rerum, speciatim autem in jure in Re, ejusque prima specie, Dominio scilicet, sese exhibent (1) quoad vasallum, qui feloniam erga Dominum committit, seque per istam ita ingratum sistit, ut feudo privetur, quam ingratitude[m] diversimode declarari, notum est, & quidem vel in omittendo, vel in committendo, hæcve posteriori ratione, partim circa personam Domini, eam aut vulnerando, aut quovis modo injuriando, vel adeo occidendo, 2. F. 6. §. incolume. & 7. 2. F. 24. quod tamen secus foret, si id defensionis gratiâ, juxta l. 3. ff. de J. & 7. l. 4. l. 45. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil. l. r. C. unde vi, l. 2. 3. 4. ff. ad L. Cornel. de siccar. fieret, addat. 2. F. 57. 2. F. 24. §. si delator. 1. F. 17. 2. F. 5. vers. nec id quod

quod mihi. 2. F. 26. §. vafallus feudum. 2. F. 33. §. 1. vers. fmiliter. aut cucurbitando, 1. F. 5. vid. B. Dn. Ludw. *synops. jur. feud.* p. 337. Struv. *S. J. F. cap. 15. th. 9. n. 9.* Dn. Stryk. *exam. jur. feud.* c. 23. qu. 17. Ant. *disput. feud. 19. th. 3. & seqq.* partim circa res, feudum dolo malo alienando, vel deteriorando, 1. F. 5. *in fin. 1. F. 21. §. si quis miles. 2. F. 9. pr. 2. F. 24. §. praterca & in fin.* Struv. *d. c. th. 5.* Menoch. *A. J. Q. cent. 1. cap. 78.* vel in subditos favjendo, 2. F. 27. §. quicumq. advocat. Mynsing. *cent. 5. obs. 8.* Gail. 1. de P. P. c. 2. n. 22. Stamm. *de hom. propr. lib. 3. cap. 35. n. 1. & seqq.* partim circa extraneos, parricidium in hos perpetrando, 1. F. 5. 2. F. 24. §. deniq. 2. F. 37. pr. crimen læsæ Majestatis, 2. F. 56. l. 5. C. ad Leg. Jul. Majest. addat. *Ord. crimin. Carol. V. art. 218. 2. F. 37.* vid. Dn. Stryk. c. 23. qu. 29. & seq. Ludw. p. 367. Struv. d. l. Sinolt, Schütz. *de Republ. Rom. Germ. Ex. 6. th. 30. lit. d. & e.* Priori modo vel servitia non præstando, 2. F. 24. §. sed est & alia. modo illa fuerint à domino exacta, 2. F. 22. & à vafallo non ex justa causa recusata. Vid. *Excellentissimi Dn. Decani, D. HILDEBRANDI Præceptoris ac Promotoris ætatem de venerandi, Disp. de Deneg. servitor. feudal. per tot.* vel intra legitimum tempus renovationem investituræ non petendo, 1. F. 22. 2. F. 24. pr. 2. F. 40. §. ult. 2. F. 52. §. ult. 2. F. 55. §. praterca. plures species videsis ap. Dn. Struv. *cap. penult.* Stryk. *c. penult.* aliosq; Feudistas suo loco. Quia autem inter Dominum & vafallum, tanquam inter conjuges, mutua fidelitas extat, 2. F. 6. *in fin. 2. F. 58. pr.* unde dicitur: *Getreuer Herr / getreuer Knecht /* confer. Rosenthal. *de feud. cap. 11. conclus. 70.* Struv. c. 15. th. 18. Stryk. *cap. pen. qu. 50.* idem etiam ob ingratitudinem in vafallum commissam, eundem proprietate privari posse per text. 2. F. 26. §. *Domino committente.* utique existimandum. Idque ipsum obtinere non tantum in feudis minoribus, sed & majoribus asserendum videtur cum Sinolt. Schütz. *d. loc. Ex. 6. th. 30. lit. f.* quoniam enim nihil de iis peculiare constitutum reperitur, communibus feudorum regulis ista subjacere sequitur, secundum Carpozov. *de regal. th. 123.* Sixtin. *de regal. 1. c. 6. n. 67.*

§. II. Ita tamen est de hujusmodi ingratitude censendum, ut non aliter, quam causâ prius cognitâ, *l. F. 21. vasallique excusationibus auditis, arg. 2. F. § 2. in fin.* per sententiam condemnatoriam feudi privatio fiat, conf. Dn. Stryk. *c. 23. qu. 44. ibiq. alleg.* Dn. Struv. Sicque intelligo cum hisce allegatis Feudistis sententiam privatoriam non declaratoriam, ita, ut vasallus ingratus non ex tunc, sed ex nunc beneficio suo privetur & tantum fructus percipiendos, neutiquam perceptos amittat, vid. Dn. Struv. *in S. J. F. d. th. 11. n. 3. & seqq.*

§. III. In emphyteucario autem talem ingratitude, qualem in vasallo cernimus, nulla inveniri, certum est, quia hic nulla subest fidelitas, vid. Petr. Muller. *ad Struv. ex. 11. th. 77. lit. λ, in fin.* Perez. *in Cod. ad tit. de jur. emphyt. n. 17.* nisi quis aliqualem ingratitude speciem nominare velit, quod emphyteuta jure suo emphyteuseos cadat, simulque meliorationes amittat, *l. 2. C. de jur. emphyt. conf. Ant. Pichard. ad tit. de Inst. de loc. conduct. §. 3. n. 51.* quando canonem in emphyteusi Ecclesiastica per biennium, *Nov. 7. c. 3. §. 2. auth. qui rem. C. de SS. Eccl. cap. fin. in fin. extr. locat. conduct.* in seculari verò per triennium non exsolvit, *l. 2. C. d. t. addat. Carpzov. part. 2. const. 38. def. 6.* siquidem hunc in recognitionem domini directi prestare tenetur, minimè vero in compensationem fructuum, hinc & fructibus proportionatus haud esse debet, uti alias pensio fructibus in locatione correspondet, vid. Hopp. *ad Inst. tit. de loc. conduct. §. 3.* vel etiam hoc eò referant, si rem emphyteucariam irrequisitò dominò absque denunciatione eidem facta, alienat, *l. ult. in f. C. de jur. emph. vel istam notabiliter deteriorat, utpote, quæ contra fidem contractus & jura circa emphyteusin constituta tendunt, addat. Zoes. ad tit. ff. loc. conduct. n. 112.* ex his aliisque causis emphyteutam possessione emphyteuseos excidere, non quidem propria autoritate, sed opitulante officio judicis, extra dubium versatur, *arg. l. non debet singulis. 170. ff. de R. J. l. 3. C. de pignor. l. 13. ff. quod met. caus. Conf. B. Brunnemann. ad d. l. 2. C. de jur. emphyt. Perez. eod. n. 15.*

n. 15. & 16. Zœl. loc. alleg. n. 91. Gail. l. 2. obs. 51. n. 7. Joh. Herm. Stamm. de hom. propr. lib. 3. cap. 35. n. 5.

§. IV. Inter reliquas Juris in Re species extat sola hæreditas, circa quam ingratitude lege singulariter notatur. Sic primo sese exserit illa in liberis ingratis, causæ ob quas tales cenfebantur, jure antiquo ab arbitrio pendebant judicum, qui de inofficioso testamento agnoscebant, l. 3. §. si emancipatus. §. ff. de bon. poss. contra tab. Vid. Valer. Max. lib. 7. c. 8. has tamen postmodum Justinianus in Nov. 115. c. 3. certas fecit, ex quibus nempe Parentes liberos suos ut ingratos omni ab hæreditate excludere possunt, conf. l. 7. ff. de bon. damnat. l. 30. pr. C. de inoffic. testam. tales sunt I. si quis parentibus suis gravem injuriam ingerat, vid. l. 7. & 8. ff. de injur. II. manus impias ipsis inferat, contra l. 9. ff. de obseq. parent. prest. III. vitæ insidietur, conf. l. 1. in fin. ff. ad L. Pomp. de parricid. IV. per delationem parenti grave damnum incutiat, vid. omnino Gail. lib. 2. obs. 125. n. 8. V. cum maleficis & mathematicis versetur, conf. t. t. C. de malefic. & mathem. VI. testari parentes prohibeat, l. 2. C. si quis aliquem test. VII. furiosum negligat. VIII. captum non redimat ab hoste, quibus casibus hæreditas ipso jure quoque aufertur, conf. auth. si captivi. C. de episcop. & cleric. ut & IX. hæresin foveat; talis pronunciat, d. Nov. 115. c. 14. qui quatuor Synodis Nicænæ, Constantinop. Ephesinæ primæ & Calcedonenfi non assentit, addat. auth. non licet. C. de liber. præter. quid hodie in nostro Imperio Romano-Germanico obtineat, vid. Illustr. Dn. Fuchs. in paraphras. inst. tit. de exhered. liber. lit. A. add. Instrum. Pac. Westphal. art. 7. junct. art. 5. §. 35. X. patrem criminis, excepto Majestatis, accuset, §. 3. add. l. 35. ff. de relig. & sumpt. funer. filia tamen ab accusatione arcetur, arg. l. 8. ff. de accusat. XI. novercam aut patris concubinam scienter corrumpat, §. 6. XII. mimos parentibus invitis sequatur, vid. l. 11. C. de inoffic. testam. add. l. 47. ff. solut. matrim. XIII. patrem carceri inclusum fidejussore oblato, non liberet, quod ad filiam non pertinet, per l. 4. ff. ad

*Scutum Vellejan.* postremò XIV. si filia minor annis 25. cui pater dotem & maritum dare volebat, turpem h. e. meretricis vitam degat, vid. Struy. *S. J. C. ex. 32. th. 34.* Addat. Dn. Stryck. *tr. de success. ab intestat. diss. 12. cap. 2. §. 34. seqq.* has tamen ingratitudines in *d. Nov. 115.* nominatim recensitas, similes vel atroces in eodem genere, ob *l. 10. & seq. l. ideo. 27. ff. de LL. conf. Vinn. ad tit. inst. de inoffic. testam. pr. n. 2.* ibidemque Doctores citat. haud excludere mihi persuadeo; licet leviores, aut toto genere diversas, quæque liquidò non sunt graviore, rejicientes exputem, conf. Huber. *ad inst. tit. de exhæred. liber. §. 9. & seqq.* Hopp. *cod. Scharfchmid. ad nov. justin. ex. 18. th. 48.* Struy. *d. ex. 32. th. 33.* ibid. Petr. Müller. licet multi Doctores dissentiant.

§. V. *Secundò* circa hæreditatem porrò etiam in parentibus ingratitudo adversus liberos sese offert, licet illi liberis suis ita obstricti non sint, quam hi parentibus, nam & hos in notationem ingratitudinis quandam à liberorum necessaria hæreditate avelli constitutum est, ut ut octo saltim ingratitudinis causæ legantur in *Nov. 115. c. 4.* ideò quoniam major observantia & reverentia parentibus debeatur à liberis, ac liberis parentes debeant, tales nempe I. si liberos capitaliter accusent §. 1. II. vitæ insidias struant, §. 2. III. pater stuprum uxori vel concubinæ filii inferat, §. 3. IV. illiq; facultatem testandi prohibeant, §. 4. V. liberos ab hoste captos non redimant, §. 7. VI. in furore constitutos negligant §. 6. VII. hæresi sese addicant, §. 8. *auth. idem est. C. de hæretic. & auth. in testam. C. ad Scutum Tertyllian.* & VIII. pater matri venenum præparat, aut vice versa, mater hoc præparaverit patri, §. 5. conf. B. Brunne mann. *ad auth. non licet. C. de liberis præter. & exhæred.* Similiter tertio, in fratribus ingratitudo juxta *Nov. 22. cap. 47. pr.* committitur quoad hæreditatem, ut illi ideò ab infamata persona excludi valeant, uti Barry *de success. lib. 10. tit. 6. n. 1.* cum aliis Dd. probat. I. si vitæ fratris insidias faciant, II. criminis accusationem moveant, & III. bonis jacturam inferre audeant, conf.

conf. Scharschmid. *ad Novell. ex. 18. n. 48.* Rationem cur saltem tres ingratitude causa quoad fratres, sororesque lege notata sint, assignat Hopp. *loc. cit.*

§. VI. Legatarii quoque si ingrati existant adversus testatorem, à quo honorati, vid. *l. 13. §. 1. l. 29. ff. de adim. vel transfer. leg.* tanquam voluntatem testatricis non mereri, declarat *l. 4. C. de his, quib. ut indign.* vid. *ibid.* Brunnemann. ejusmodi ingratitude causa fere sunt hæ, si adversus testatorem inimicitiam foveant, *l. 9. pr. ff. de his, qua ut indign. aufer.* quam secuta non est reconciliatio, *l. 3. §. ult. l. 4. ff. de adim. vel transf. leg.* conf. *ibidem* Zoes. *n. 4.* Perez. *in cod. tit. de revoc. don. n. 9.* quoniam per hanc, maximè capitalem, auferitur benefaciendi voluntas, cum de inimico omne præsumatur malum, vid. *Reyher. thes. jur. voce: inimicus.* Jacob. Ravard. *in Comm. ad tit. ff. de R. J. l. 19. §. non solet. 1.* potissimum verò si verbali vel reali injuriâ affecerint testatorem, *l. inimicitia. 9. §. 1. Et 2. ff. de his, qua ut indign. aufer.* seu de crimine capitali eum accusaverint, *l. pen. §. 2. ff. de adim. vel transfer. legat.* aut ejusdem uxori sese junxerint, *l. 1. C. de secund. nupt. l. 1. C. quib. ut indign.* vel præter hancce inimicitiam testatorem ægrotantem neglexerint, seque à tutela testamento ipsis demandata, excusaverint, *l. 5. §. 2. ff. de his, qua ut indign.* *ibidem* Zoes. *n. 1.* Eckolt. *eod. §. 2. l. pen. in f. C. de legat. add. Dn. Menck. ad dict. tit. ff. de his, qua ut indign.* Petr. Müller *ad Struv. ex. 35. th. 51. lit. 7.* Perez. *d. l. Ravard. varior. lib. 5. cap. 15.* quod nec usu moderno mutatum esse testantur *Greenw. ad l. 22. ff. de adim. vel transf. leg. Dn. Stryk. tr. de success. ab intest. dissert. 12. c. 1. th. 17.*

§. VII. Parili ratione pro ingratu reputantur notanturque lege, qui testamenta amovent, celant, vel comburunt si ve sint legatarii, sive hæredes, dum eo ipso ultimam testatoris voluntatem dolosè & in fraudem reliquorum hæredum ac legatariorum supprimere intendunt, hi ideò hereditate aut legatis privantur, *l. pen. pr. C. de legat. ibid.* Brunnem. atque Perez. *n. 28. addat. l. eum. 14. C. ad L. Corn. de fals. Eckolt. ad d. t. ff. de his, quib.*

quib. ut indign. §. 2. Zoes. *cod. n. 1.* quæ privatiō quoque obtinet, si dicta testamenta tantummodo vivo adhuc testatore aperuerint, l. 1. §. 5. l. 2. l. 7. l. 16. *pr. ff. ad L. Corn. de fals. confer. Ant. Matth. de crim. lib. 48. tit. 7. c. 1. n. 2.* Petr. Theod. *colleg. crim. 10. n. 47.*

§. VIII. His affimilantur illi, qui mortem defuncti à quo tamen beneficium successione expectant, non ulciscuntur, l. 17. & 20. *ff. de his, quæ ut indign. auf. l. 1. C. de his, quæ pro non script. hab. Perez. n. 7. addat. l. 5. §. fin. ad SCt. Syllan. l. 22. ff. eod. quid hodie obrineat, vid. Dn. Schilter. ad w. ex. 38. §. 179. junct. Heig. part. 2. qu. 34. n. 10.* sed potius ipsimet necem vel occasionem mortis promovent, aut uxorem ejusque liberos occidunt, l. ult. *ff. de bon. damnat. add. l. 3. ff. de his, quæ ut indign. l. Lucius. 9. ff. de jur. fisc. conf. Carpzov. prax. crim. p. 3. qu. 135. n. 41.* cui adversatur Huber. *in prælect. Pandect. tit. de his, quæ ut indign. auf. pos. 6.* Item, qui testamentum ut falsum accusant, idq; non probare possunt, per l. 8. §. 14. *ff. de inoffic. testam. add. l. 13. §. pen. ff. de jur. fisc. conf. Ant. Faber. in Cod. lib. 6. tit. 15. d. 5. Carpzov. p. 3. const. 7. d. 24. Perez. ad l. 8. C. de his, quib. ut indign. n. 2. Zoes. ad eund. tit. ff. n. 4. & 5. Eckolt. §. 2. nec non heredes voluntatem defuncti haud adimplentes, arg. l. ult. C. de revoc. don. auth. hoc amplius. C. de fideicom. ibid. Brunnem. aut improba pacta de hereditate viventis testatoris facientes, l. 29. §. fin. & l. seq. ff. de don. add. Carpz. p. 2. const. 35. d. 17. n. 10. ac denique hereditatem expilantes, l. 6. ff. eod. conf. Petr. Müller. ad Struv. ex. 35. th. 35.*

§. IX. Circa *Jus ad Rem* & Conventiones maximè se ingratitude exhibet in donatione, siquidem in hac diversæ causæ recensentur, ob quas ejusdem revocatio locum habet. Extant autem potissimum quinque causæ in l. ult. C. de rev. don. quibus donatarii ingratitude notatur, videlicet I. si donatarius injurias atroces in donatorem effundat, conf. §. 9. *J. de injur. ibique. Hopp. l. 7. §. atrocem. 7. & 8. l. 9. per tot. ff. & l. 4. C. eodem l. 10. C. de episcop. & cler. l. 1. §. 1. & 2. ff. de extraord. crimin. Conf. Ant. Match. de crimin. lib. 47. tit. 4. cap. 1. n. 6. Menoch.*

A. J. 2.



*A. 7. Q. cas. 263.* quem alleg. Petr. Theodor. *colleg. crimin. cap. 2. aphor. 19. n. 6.* II. manus impias ipsi inferat absque justa & legitima causa, arg. *l. 35. ff. de religios. & sumpt. funer. & arg. l. 3. ff. de just. & jur.* III. jacturam bonis ejus vel magnæ parti bonorum ingerere tentet, IV. vitæ periculum creet vel per se, vel per alium citra justam causam, *cap. 72. de reg. jur. in 6to.* denique V. si conditionibus donationi adjectis non satisfaciat, vid. B. Brunnemann. *add. l. un. C. de revoc. donat.* quæ causæ dilucidis argumentis in judicio cognitionaliter, id est, partibus præsentibus & auditis, liquido probari debent, *d. l. ult. & penult. C. de rev. don. conf. ibidem Perez. n. 5. addat. l. fin. C. de probation. & quidem ab ipso donatore, neutiquam post mortem ipsius, ab istius hæredibus, nisi in vivis de hac ingratitude erga se commissa, jamjam conquestus, atque lis contestata fuerit, d. l. pen. & ult. ibiq; Perez. Brunnemann. Cujac. & alii. Vid. l. 22. C. de pan. addat. Ant. Faber. in Cod. lib. 8. tit. 36. d. 15. mater tamen ad secundas nuptias convolitans, donationem filio factam, ab eodem postea ingrato, olim revocare nequibat, per *l. 7. & auth. quod mater. C. de revoc. don. quod tamen Novellarum jure mutatum, Nov. 22. c. 35. conf. Brunnemann. add. auth. & Perez. loc. cit.**

§. X. Simili modo hic quæritur, anne possit ex aliis in *cit. l. f. C. de rev. donat.* non recensitis causis donatio revocari? Quod multi Ddres negant, non solum ob ipsam particulam restrictivam tantummodo, *l. ult. C. de rev. don. adjectam, & cap. odia 15. de reg. jur. in 6to. junct. l. 12. C. de testam.* verum etiam ob præsumptam mentem Imperatoris, qui certas saltim causas revocandi donationem, cæteris exclusis, definire voluit, *d. l. ult.* in verbis: *Ex his tantummodo causis donationes factas reverti concedimus*, addat. *§. 2. J. de don.* Cui opinioni valde ad stipulantur Brunnemann. Perez. Joh. Harpprecht. Carpzov. & alii quam plurimi. Affirmantium tamen sententia verior mihi videtur, quia ista particula tantummodo non excludat similes vel majores causas ejusdem generis, arg. *l. 1. §. 1. ff. si mens fals.*

*fals. mod. dix.* vid. Jul. Clar. *sent. l. 4. §. donatio qu. 21. n. 2. & 3.*  
 Huber. *in pralect. π. tit. de donat. pos. 7.* quod alleg. Dn. Menck.  
*in tab. ff. cod. tit. Bachov. th. 17. tit. B. Molin. de jur. primogenit. c. 9. n. 6.* Donell. *lib. 14. c. 17.* ibidemque Hillinger. *lit. G.*

§. XI. Porrò circa delicta ingratitude notatur singulariter (1) in blasphemia erga Deum prolata, abscissione linguæ, quod genus poenæ raro alioquin occurrit. Et quidem ea propter talis poena hîc statuta, quoniam DEUS summus omnium Benefactor homini linguam eum in finem dedit, ut illa non solum mentem suam alteri declararet, sed & potissimum sanctum divinum Numen, ejusque beneficia, & juxta *l. r. C. de offic. Praefect. Prætor. Afric.* ineffabilia, laudibus & gratibus quantum in se est, extolleret, vid. Carpzov. *prax. crim. part. 1. qu. 45. n. 59. & seqq.* utut & tale delictum aliis poenis gravissimis, atque nonnunquam ultimo supplicio coërceatur, *nov. 77. c. 1. & 2.* ibid. Gothofr. *in not. ceu Divino, Lev. 24. vers. 14. & 16.* nec non hodierno jure, per *Rec. Imp. de An. 1530. tit. de blasphem. 1. §. daraufordnen. 2. Rec. Imp. de A. 1548. & de A. 1577. sub. tit. Von gottslâsterungen §. 2. Ordin. crim. Carol. V. art. 106.* constitutum apparet. Addat. *cap. statuimus & si contra Deum. 2. §. de maledic. ibid. Ungepauer, Engel aliiq; Canonistæ, quibus jungat. Ant. Matth. de crimin. lib. 47. tit. 10. cap. 6. n. 6. Gilhaus. arb. jud. crim. c. 2. tit. 1. n. 6. & seqq. Petr. Theodor. colleg. crim. cap. 5. aphor. 8. n. 2. & seqq.* (2) In Crimine læsæ Majestatis humanæ, ceu supra jamjam in Statu civitatis *cap. 2. §. 6.* adductum. (3) In parricidio, de quo speciatim in Statu familiæ, *d. cap. 2. §. 8. & 12.* in quibus singularis notatio proposita est. Denique (4) reliqua delicta in statum Civitatis egregium commissa & notationes aliquales ingratitude exinde collectæ, parili modo in statu Civitatis *anteriori cap. 2. §. 7. 9. & 10.* attactæ conspiciuntur.

## CAPVT IV.

sistit denique

## Actiones in casu ingratitude notatæ competentes.

## SUMMARIÆ.

§. I. *Suppeditat remedia ad beneficii revocationem conducibilia, quorum nonnulla sunt vel extraordinaria, ut imploratio officii iudicis, vel ordinaria juxta §. II. Et quidem vel criminalia, ut accusatio & inquisitio, vel civilia, quæ rursus in petitoria, ut sunt actiones revocatoria; & possessoria, uti sunt interdilla, dispeſcuntur.*

## §. I.

**R**emedia, quæ in casu ingratitude hujus commissæ, lætis dantur, sunt vel *ordinaria*, vel *extraordinaria*. Hæcce implorationes officii iudicis constituunt, quæ toties locum habent, quoties ordinaria actio in uno vel altero casu non est prodita, Lyncker. *in monit ad Dn. Stryk. tr. de invest. act. sect. 1. membr. 2. n. 370. & 389. Umm. in disput. ad process. disp. 10. th. 4. n. 5. Blum. process. camer. tit. 27. n. 175.* Sic in civibus egregiis v. gr. Clericis degradationem merentibus, talis imploratio locum habet, cum personæ Ecclesiasticæ judici seculari ad severiorem animadversionem traduntur, ejusque Brachium idcirco imploratur, per *cap. novimus. 27. §. de V. S. auth. Clericus. C. de episcop. & cler. Nov. 83. pr. ob. rationem in d. cap. 27. ut & in cap. cum non ab homine 10. §. de judic. cap. 7. §. de crim. fals. adductam, conf. Dn Lynck. de jur. episcop. cap. 13. n. 31. Zanger. de exception. c. 1. p. 2. n. 229. itidem id remedium applicatur patri erga liberos ingratos, quoniam his nulla adversus parentes comperit actio, arg. *l. nulla lis. 4. ff. de judic. Oldendorp. class. Action. in præfat. rubr. de offic. jud. nec non de judic. Dominis ultra modum in subditos sævientibus, ob l. illicitas. 6. §. ne potentiores ff. de offic. præsid. vid. Gail. lib. 1. obs. 17. n. 2. & 7. & comparationem cum pristina Romana servitute, utut ferè penitus explorata, ceu supra *cap. 2. §. 4. admonitum dedi*, similiter in multis aliis casibus obtinet, quos hic recensere nimis prolixum foret.**

§. II. *Ordinaria remedia sunt vel Criminalia, vel Civilia, illa sunt Accusationes & hodie Inquisitiones, vid. Carpzov. prax. crim.*

p. 3. q. 103. n. 17. q. 104. n. 22. utpote quæ ob ingratitudinem circa delicta conspicuæ, ita ut illas quivis privatorum, utut potissimum ille, cujus interest, has verò omnis magistratus ex officio suscipere valeat, per Nov. 128. cap. jubemus. 21. l. congruit. 13. ff. de offic. presid. l. 1. C. de custod. reor. l. 7. ff. de accus. v. gr. in antecedenti memorato crimine blasphemix, vid. *Recess. Imp. in cap. procedenti §. 11.* perduellionis, parricidii &c. de quibus suis locis egi. *Hæc nempe Civilia sunt vel petitoria, ut actiones revocatoria* ob ingratitudinem erga benefactorem in jurisprudentia nostra hinc inde prodita & ordinata, quæ dantur patronis ad revocandos liberos, hodieque nobilibus ad revocandos homines proprios ad pristinam conditionem, arg. l. 1. & l. pen. C. de libert. & eor. liber. ibid. Brunnemann. conf. Oldendorp. clas. 4. act. 20. donatoribus ad revocandam donationem tit. C. de rev. don. ibiq; Doct. Domino emphyt., l. 2. C. de jur. emphyt. Zoel. ad ff. tit. loc. cond. n. 112. item quæ sunt constituta ad revocandam hæreditatem & adimenda legata, vid. cap. penult. dissert. hujus §. 4. usq; ad 8. Hinc etiam spectat actio, quæ mulieri, divortio culpa mariti secuto, datur, scilicet actio ingrati ex stipulatu, l. un. §. 6. & 13. C. de R. V. A. §. 29. l. de action. Vel *possessoria*, qualia sunt *interdicta*, quæ per privationem beneficii legitime accommodata, ipsi benefactori competunt circa possessionem rei olim beneficiaria, sic v. gr. Domino feudi talia notorie conceduntur feudo à vasallo legaliter ablato, Vid. Dn. Struv. §. 7. F. cap. ult. Dn. Stryk. in E. J. F. cap. penult. Obrecht. de feud. cap. penult. B. Dn. Ludwell. in Synops. Jur. feud. cap. ult. p. 410. & seqq. Anton. Disp. feud. disp. 13. per tot. Rosenthal. concl. 12. cap. 12. aliive Feudista complures. Denique quod maximum rei præsentis caput est, ne & ego ipsemer in DEUM Summum & Optimum Benefactorem meum ingratus existam, grates Divinæ ejus Majestati ago sempiternas de ineffabilibus beneficiis, quorum deprædicationem nec mens, nec lingua mea capiunt, sed quæ pio in silentio venerabor

usque existit meus  
F I N I S.

Ingrati

**I**Ngrati à penetralibus sinistrum  
 Pravi sideris haud recedet omen;  
 Fortunata sed usque gratitudo est,  
 Ac mirabile præmium reportat.  
 Illud rite docent inaugurales  
 Hæ doctæque schedæ, sacrationes  
 Baldi legiferique Bartoliqve  
 Quæ curas renovant. Amice, multum  
 His moliminibus favemus omnes,  
 Te dignissimum hunc nore judicamus,  
 Et grati hospitis apprecamur omen.

*Meritis Nobilissimi DN. DOCTO-*  
*RANDI HEDERI sic applau-*  
*debat honoribus*

CHRISTOPHORVS Sonntag / D.  
 h. t. Univ. RECTOR.

**Q**uos aliàs Nemesis contemptu vindicat æquo,  
 Ingratos passim Lex tamen ipsa notat.  
*Verum HEDERE tuo benè culta Astra labori*  
*Non hederam, at laurum, & præmia grat a feret.*

Ex voto

D. CHRISTOPH. WEGLEITERI.

Te

**T**E non ingratum Cultorem Juris & æqui  
hactenus invenit dulcis, Amice, Themis.  
**I**lla etiam reddet pro tali grata labore,  
quæ nunc expectas, summa brabea Tibi.

*Hiscæ paucis quidem verbis, sed prolixiori affectu, animum suum in Nobiliss. & Clariss. DN. CAND. restatur sub appreciatione multa prosperitatis*

**HENRICVS HILDEBRAND, D.**  
p. t. DECANVS.

**E**Gregia doctrine Ingratos Lege notatos  
Perstrinxisse nota est, mentis honestæ & opus:  
**D**ignus HEDERE bederis laudum es, dignusq; corollis  
*Afrææ, gratus næ labor hicce Tuus!*

Gratiam apud  
Nobiliss. & Clariss.  
DN. CANDIDATVM  
initurus

Tetrastichon hoc festinanter pepigit  
**DAN. GVIL. MOLLERVS,**

**I**Mmemor accepti, quamvis susceperit ausus  
infandos, nemo muneris esse putat.  
**D**edecus aut hujus vitii pœnamqve severam  
Legum demonstrat pagina docta Tua.  
**I**nde Themis multum Tibi debet grata, laborem  
non intermissam quo æquet honore tuum.

*Hiscæ licet exiguis, Nobiliss. DN. CANDIDATO, Amico suo Suavissimo ob promeritos honores gratulari voluit*

**STEPHANVS JACOBVS Kieß,**



AB 155

AB: 155 240

ULB Halle 3  
001 855 360




SB. *f. 102*

1

1017









23.  
Moderante Divina Clementia,  
DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE  
**INGRATITVDINE**  
**LEGE NOTATA,**

Ex  
Decreto Magnifici Jctorum  
Ordinis,

*Celeberrimo in Noricorum  
Athenaeo*

**PRO LICENTIA,**  
Summos in Vtroque Jure Honores  
ac Privilegia Doctoralia  
obtinendi,

*Benevola Eruditorum censura*  
proponit atque submittit

*Ad Diem X. Junii, Anno MDCCI.*

**JOH. JODOCVS HEDER,**  
Norimberg.

---

Literis HENRICI MEYERI, Universitatis Typographi.